



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die trigesima Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

## Die trigesima Martij.

De sancto Verono, confessore.

Ex olberto abate Gemblacensi, & informatione  
quam Lambecce à Pastore accepi.

**L**ambecce, in confinio Brabantiae & Hanno-  
niæ, transitus sancti V E R O N I confessoris,  
fratris sanctæ Veronæ. Hic asseritur filius fuisse  
Ludonici, regis Teutoniæ & Alemaniæ, fratris  
Caroli Calui. Sed Olbertus abbas, qui ad Ragin-  
Olbertus in  
Chronicis nerum Comitem eius inuentionem, & miracula  
Hannorum scripsit, fatetur quidem cum temporibus Nord-  
& Galbi, mannorum vixisse, sed addit genealogiam & vi-  
mannu-scri-  
psus. tam, occasionem quamlibet inuidendo sustulisse,  
ideoque Deum eam miraculis specialibus nobis  
commendasse. Anno itaque quarto ultra millesi-  
num Humberto presbytero se & natalem suum  
reuelare dignatus est. Cumque diuersa miracula  
subsequerentur, & Brabantenses partes intole-  
rables tolerarent seditionum oppressiones, Ra-  
ginerus Comes corpus sanctum ex villa Lembe-  
cca, quæ nullas habebat munitiones, transtulit  
Castrilocom, ad monasterium sanctæ Waldetru-  
dis. Lembeccani tamen portionem reliquiarum  
habent, quæ in capsa, feria secunda Pentecostes,  
defertur Tubecam. Vtraque autem ecclesia, Mon-  
tensis inquam & Lembeccana, natalem celebrat  
penultima die Martij, inuentionem die ultima  
Januarij.

Dicitur autem Lembecca ab Olberto, villa id est, ciu-  
tas, eo quod incolæ ius ciuium habeant. Quo in iure di-  
cunt se vicinos Hallenses præcedere. Fuit autem anno  
1181 grauis discordia de iure ditionis inter Balduinum Co-  
mitem Hannoniæ, & Godefridum Leuanensem.

Die